

Sancti Hieronymi Stridonensis Opervm, Tomi ...

In quo ipsi adscripta haec continentur: Commentarii in Iob. Commentarii in Prouerbia Salomonis. Homiliae quatuor Origenis in Canticum canticorum.

Commentarii in omnes Pauli Apostoli Epistolas. Quae omnia ad fidem vetustissimorum exemplariorum multis mendis sublatis correcta sunt ... Qui autem horum ...

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Homilia Qvarta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75132](#)

A sunt inuisibilia & incorporea contemplatur: & hoc est propicere ad eam sponsum per retia fenestrarum. Si vero de Christo haec & ecclesia exponamus; domus, in qua habitabat ecclesia, scriptura sunt legis & prophetarum: ibi enim & cubiculum regis est, omnibus diutius scientia ac sapientia repletum: ibi & domus vini, doctrina scilicet vel mystica, vel moralis, qua latificat cor hominis. Adueniens ergo Christus stetit corporum post parietem veteris testamenti. Stetit enim post parietem, cum non manifestaretur ad populum. Vbi vero affuit tempus, & cœpit per fenestras legis ac prophetarum, per eas ille, quae de eo prædicta fuerant apparet, & ostendere se ecclesia intra domum, hoc est, intraliteram legis sedenti: prouocat eam inde exire, & venire foras ad se. Nisi enim exeat, nisi procedat & progrediatur litera ad spiritum: non potest sponso suo coniungi, neque Christo sociari. Vocat ergo ea, & inuitat a carnibus ad spiritualia, a visibilibus ad inuisibilia, a lege venire ad euangelia. Et ideo dicit ei: Surge, veni proxima mea, formosa mea, columba mea. Et ut aliquia etiam de his quæ postmodum dicenda sunt, præueniamus, timentes sensum perdere, qui occurrit in hoc loco: propterea fortassis & illud dicit ad eam, quia etiam hymens transiit, pluua abigit, simul & passionis sua tempus indicans, quod transfacta hymene & diecatis imbris, ipse passus est: simul & illud quoque per spiritualem designans intelligentiam, quod vique ad illud tempus quo Christus passus est, imbris fuerunt super terram. Mandabat enim adhuc dominus imbris prophetis, vt plementer verbi pluviam super terram. Sed quia vique ad Iohannem Baptizantem, prophetica finiuntur officia: merito imbris abijisse & discessisse dicuntur. Cessarunt autem prophetica imbris, non ad damnum credentium, sed ad maiora ecclesie lucra. Quid enim imbris opus est, vbi humen Dei latificat ciuitatem; vbi in corde vniuersitatis que credentium, fons aquæ viue sit, salientes in vitam eternam? Quid opus imbris, vbi iam flores apparetur in terra nostra: & ex aduentu domini, iam non exciditur fulcinea, qua prius non attulerat fructum? Nunc enim iam produxit grossos fructus. Sed & vinea dederunt odorem suum. Unde & vnu quidam ex ista vinea dicebat: Quia Christi bonus odor sumus Deo, in omni loco in his qui salutem, & in his qui sperant. Sed haec, sicut supra designauimus, antequam ad ipsa scriptura loca ventre super, prælumpsum: ne forte fugeret nos sensus, qui occurreret videbatur in tempore. Nunc repetamus, quomodo per retia propicere dicatur. Scriptum est: Non enim iniquè tendunt retia avibus. Et iterum: Iustus si incurrit in peccatum, effugere iubetur, sicut & dammula ex laqueis, & avis ex retibus. Plena est ergo vita mortalium laqueis offensionum, retibus plena deceptionum, quas tendit aduersus genus humanum ille, qui contra dominum gigas venator Nemrod appellatur. Verus etenim gigas quis alius est, nisi diabolus, qui etiam aduersus Deum rebellat? Laquei ergo tentationum, & decipulæ insidiæ, diaboli retia appellantur. Et quoniam haec retia vbi que tetenderat inimici, atque in ipsis pene emnes inuoluerat, oportebat esse aliquem qui fortior & eminentior fieret his, & contereret ea: vt sequentibus se viam posset aperire. Idcirco ergo & Saluator, priusquam in coëgium, & societatem veniret ecclesie, tentatur a diabolo, vt vincens retiationem per ipsa prosperaret, & per ipsa vocaret eam ad se: docens sine dubio & ostendens ei, quod non per otium & delicias: sed per multas tribulationes & tentationes veniendum sibi esset ad Christum. Nullus ergo alius fuit qui retia ista superare potuerit. Omnes enim peccauerunt, sicut scriptum est. Et rursus, vt scriptura dicit: Non est iustus super terram, qui fecerit bonum, & non peccauerit. Et iterum: Nemo mundus à sorde, nec si vnu die fuerit vita eius. Solus ergo est Dominus, & Saluator noster Iesus Christus, qui peccatum non fecit: sed peccatum eum pater fecit pro nobis, vt in similitudine carnis peccati, de peccato damnaret peccatum. Venit ergo ad ista retia, sed imoluij in eis solus ipse non potuit: quinimo disruptis eis & contritis dat ecclesia sua fiduciā, vt audeat iam cassare laqueos, & transire per retia, & cum omni alacritate dicere: Anima nostra sicut passa ereta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Quis autem contriuit laqueos, nisi ille qui solus in eis teneri non potuit? Quamvis & ipse in morte fuerit voluntariè, & non vt nos necessitate peccati. Solus est enim, qui

fuit inter mortuos liber. Et quia liber inter mortuos fuit, idcirco deuictio eo, qui habuit mortis imperium abstraxit captivitatem, qua tenebatur in mortem. Et non solus semetipsum resuscitauit à mortuis, sed & eos qui tenebatur in mortem simul excitauit, simulque sedere in colestibus fecit. Ascendens enim in altum, captiuam duxit captivitatem: non solum animas educens, sed & corpora eorum resuscitans, sicut testatur euangelium: quod multa corpora sanctorum resuscitata sunt, & apparuerunt multis, & introierunt in sanctam ciuitatem Dei viventis Hierusalem. Hæc nobis expeditio de retibus secundo in loco assumpta est. Sit sane legentis indumentum, quæ earum mysticis dignius aptari possit eloquijs.

HOMILIA QVARTA.

S Vrge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea: quoniam ecclœ, h. ce hyems transiit, pluia abigit, & recessit sibi flores vni in terra, tempus putationis advenit, vox turritus audita est in terra nostra, c. i. v. arbor si prodiuit germina sua: rites florentes dederunt odore suum. Arbor si prodiuit germina sua: rites florentes dederunt odore suum. Quid cotineat ordo dramatis, iam supra descriptum suum, vno quod vel sermo Dei ad animam se dignam libet apamt, vel quid Christus ad ecclesiam dicere intelligendus sit, ad uertamus. Sed interim primus sermo Dei loquatur ad hanc speciem decoramque animam: cui per sensus corporeos, id est, per inuitum lectionis, & per auditum doctrinæ, quasi per fenestras apparuit, proceritatemque sue magnitudinis demonstravit: ita vt in superioribus ei loqueretur incumbens, atque inde euocans eam, vt procedat foras, & extra sensus iam corporeos effecta, definit esse in carne, vt merito audiat: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Non enim aliter diceret eam verbum Dei proximam sibi, nisi coniungeret se ei, & fieret eum eo vnu spiritus: nec diceret, speciem, nisi videret eam capacem spiritus sancti, qui in specie columba & descendit in Iordanem super Iesum, non ei diceret, columba mea. Concepserat enim amorem verbi Dei, & cupiebat ad ipsum volatu celeri peruenire, dicens: Quis mihi dabit pennam sicut columba, & volabo & requiescam? Volabo, sentibus volabo, intellectibus spiritualibus: & requiescam, cum apprehendero sapientia & scientia eius thesauros. Puto enim quia sicut hi qui mortem Christi recipiunt, & mortificant membra sua super terram, consortes efficiuntur similitudines mortis eius: ita & hi qui virtutem spiritus sancti recipiunt, & sanctificantur ex eo, & dorris eius replentur: quia ipse in specie columbae apparuit, etiam ipsi columbae fiant: vt de terrenis & corporeis locis euolent ad colestia, penitus sancti Spiritus subleuat. Quid sit autem tempus opportunum, quo haec fieri possint, consequenter inferuit. Quia ecce hyems inquit, transit, pluia abigit. Non enim autem anima verbo Dei ignitur & sociatur, nisi omnis ex ea hyems perturbationum ac vitorum procilla discollerit, & ultra iam mortuus fuerit, & circumferatur omni vento doctrina. Vbi ergo ex anima haec cuncta discollerint, desideriorumque ab eadem tempestas effugerit: tunc incipient in ea flores vernare virtutum: tunc eius menti & tempus putationis adueniet; & si quid superfluum & minus utile fuerit in eius sensibus, vel intellectibus, recessabit, & ad gemmas spiritualis intelligentia reuocabitur. Tunc etiam vocem turritus audiet, illius sine dubio sapientia, quam dispensator verbi loquitur inter perfectos, sapientia Dei altioris, que abscondita est in mysterio. Hoc namque indicat appellatio turritus. Haec namque avis in secretioribus & remotis à multitudine locis, vitam transigit, aut deserta montium diligens, aut secreta siluarum, procil semper à multitudine posita, & à turbis aliena. Quid autem est aliud quod opportunitati temporis huius ammirantique conueniat? Ficus, inquit, produxit germina sua. Notandum quidem fructus ipsius spiritus, qui sunt gaudium, charitas, pax, &c. Sed iam tam germina eorum profere incipit spiritus hominis, qui in ipsis est singulariter fulcinea nominatus. Sicut enim generaliter in ecclesia, diversæ arbores, singulæque animas credentium intelliguntur: de quibus dicitur: Omnis arbor, quam non plantauit pater meu coelestis, eradicabitur. Et iterum Paulus qui le dicit adiutoriem Dei esse in agricultura Dei; ait etiam ipse: Ego plantau, Apollo rigau. Sed & dominus in euangelij: Aut facit arborem bonam, & fructum eius bonum: aut arboreum

Psal. 45. 4
Ioh. 7. 5.
Matt. 3. c.
G. 7. 6.
2. Cor. 2. d.

Pron. 1. b.
Proverb. 6.
Gen. 10. b.

Act. 14. d.
Rom. 3. c.
Psal. 19. a.
Iob 14.
Sec. 70.
2. Cor. 5. d.

Psal. 23. a.

C
Psal. 87. 4.
Ephes. 4. b.
Mat. 27. 5.

Ephes. 4. 1.

1. Cor. 2. b

Gals. 5.

Matt. 15. b.

1. Cor. 3. b.

Mat. 12. 5.

E arborē malam, & fructū eius malum. Sicut ergo generaliter in ecclesia, singuli quīque credentium, diuersae arbores intelliguntur: ita & in unaquaque anima, diuersae virtutes efficacia eius, diuersae arbores intelliguntur. Et ergo & in anima fīcus quādam, qua product germe suum: est & virtus quā floreat, & reddat odorem suum. Cuius vītis palmitē purgat cælestis agricola, vt fructū plurimum afferant. Sed hāc vīta primo per odoris suauitatem, quā ex florēderit, laetificat odoratum; secundum eum qui dicebat: Quia Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Hæc ergo initia virtutum videns sermo Dei in anima, vocat eam ad se metipsum, vt perficet & exeat: & abiciens cuncta corpora, venit ad eum, vt perfectionis eius participes fiat. Idcirco igitur quāsi adhuc iacenti, & in rebus corporeis incumbenti primō dicit, Exurge: & quāsi que statim obedierit, & oblecta sit vocanti, collaudatur ab eo, & audit: proxima mea, & columba mea. Et post hāc, ne ad tentationem turbines trepidaret, annuntiat ei quād hyems discesserit, & pluia transierit & abierit sibi. Bene autem vītorum & peccatorum naturam, uno miro sermone prolatō significavit, vt huīusmodi dicēt hyemem & pluia, quā ex vītorum delictō tempestateque descendat: sibi quā abīsc indicans, & per hoc nullam esse substantiam peccatorum. Non enim decidentia de homine vīta, ad aliquam aliam substantiam peccatorum congregantur: sed sibi abeunt, & in semetipsa resoluta & euaneant, atque in nihilum rediguntur. Et ideo dixit, quā abīt sibi. Fit ergo tranquillitas anima, appartenente ei verbo Dei, & cessante peccato: & ita demum florente vīnea, incipient virtutes atque arbūta, bonorum operum fructū germinare. Sed nunc iterum Christus hāc loquitur ad ecclesiam, & in anni circulum, omne præsentis facilius spatiū ponit. Et per hyemem quidem illud indicat tempus, in quo vel Ægyptos grande, & turbines, ac reliqua decem plagarum verbera flagellabant, vel cum diuersa bella perfrebat Israēl: vel etiam cum ipsi Salvatori restituit, & incredulitatis turbine correptus, naufragio fidei submersus est. Vītergo illorum delictō falus gentibus facta est: vocat nunc ad se ecclesiam, dicens: Exurge & vénī ad me quia ī hyems, quā submersit incredulos, & vos in ignorantia reprimebat, abīscis. Sed & pluia pertransiit, id est, iam non mandabo nubibus, prophetis scilicet, vt pluant pluia utrū verbū super terras: sed ipsa vox turritis, hoc est ipsa Dei sapientia loquetur in terris, & dicit: Ipsa qui loquebar adsum. Flores ergo credentium populorum & orientium ecclesiæ apparuerunt in terra. Sed & putationis tempus, per fidem meā passionis, & resurrectionis aduenit. Ampuntantur enim & execratur ab hominibus peccata, cum in baptismo donatur remissio peccatorum. Vox quidem turritis (vt diximus) iam non per diuersos prophetas, sed per os ipsius sapientia Dei auditur in terris. Et ficalnea germinat, quā potest in fructibus sancti Spiritus accipi: qui nunc primum apertuntur & demonstrantur ecclesie, vel etiam in litera legi, quā ante aduentum Christi clausa erat & constricta, & indumento quodam intelligentiae carnalis obiecta. Ex præsentia vero eius & aduentu prolatum est ex ea germe spiritualis intelligentiæ: & sensus viridis & vitalis, qui in ea tegebatur, apparuit: vt ecclesia quæ tegebatur a Christo in ficalnea, id est, in lege, non appareat arida, nec occidente literam sequi, sed florentem & viuificantem spiritum. Sed & vites florete dicuntur, & dedisse odorem suum. Possunt quidem & diuersæ ecclesiæ, quæ per orbem terre habent, vites dici florentes vt vineæ. Vineæ enim domini Sabaoth domus Israēl est, & domus Iuda dilecta nouella. Ita ergo vineæ cum primo accidunt ad fidem, florete dicuntur. Cum vero per religionem operum suorum suauitatem adornantur, odorem suum dedisse dicuntur. Et non sine causa puto quid non dixerit; odorem dederunt; sed odorem suum: vt ostenderet inesse vīnicuīque anima vim possibilis, & arbitrij libertatem, quā possit agere omne quod bonum est. Sed quia hoc nature bonum prævaricationis occasione deceptum, vel ad ignominiam vel ad lasciviam fuerat inflexum, vbi per gratiam reparatur, & per doctrinam verbi Dei restituitur, odorem reddi sine dubio illum, quem primus conditor Aenus diderat, sed peccati culpa subtraxerat. Possunt autem & vites vel vineæ, intelligi virtutes cælestes & angelicas, quā

hominibus largiuntur odorem suum, id est, doctrinæ & institutionis bonum, quo instruunt & imbuunt animas, donec ad perfectionem veniant, & incipiunt capaces fieri Dei. Sicut & Apostolus ad Hebreos scribens dicit: Nonne omnes sunt ministeriales? spiritus in ministerium misi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Et ideo dicuntur ab ipsis, quasi prius florem & odorem bonorum operum capere homines: ipsis vero fructus vītis ab eo sperare qui dixit: Non bibam de generatione vītis huius, donec bibam illud volubilem nouum in regno patris mei. Illi ergo perfecti flores & fructus, ab ipso sperandi sunt: initia vera, & (vt ita dicam) proficiendi suauitas, potest a cælestibus virritibus ministrari. Vel certè per eos qui dicebant (vt supra diximus) quoniam Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Sed & alio modo possumus adhuc intelligere hac, quæ habentur in manibus, vt dicamus veluti prophetam quandam videri ad ecclesiam factam, per quam vocetur ad reprobationes futuras, vt quasi post consummationem saeculi cum tempus resurrectionis aduenierit, dicatur ei, exurge. Et quia sermo hic statim opus resurrectionis designat, tanquam ex resurrectione clarior & splendoris effectu invitatur ad regnum, & dicitur ei: Veni proxima mea, speciosa mea, columba mea, quia hyems transiit. Hyemem sine dubio huius praefentis vītæ procellas, & turbines nominans, quibus humana vīta, tentationum procellas agitur. Transiit ergo hyems ista cum pluīis suis, abīt sibi. Sibi enim unusquisque egit in hac vīta omne quod egit. Principium vero reprobationum futurarum, flores. Securim ad radicem arboris possumus in consummationem saeculi, vt excidat omnem arborē non facientem fructum bonum, tempus putationis intelligere. Vocem vero turritis, quæ in literis reprobationis auditur, quam mansueti in hereditate suscipiunt, Christi personam facie ad faciem, & non iam per speculum & in enigmate docentis, adiuerte. Ficalnea vero, quæ germen suum producit, totius congregationis iustum fructus habeatur. Ita vero & sanctæ & beatæ angelicæ virtutes, quibus electi quīque, & beati ex resurrectione sociabuntur, qui erunt sicut angeli Dei: ipsa sunt vites florentes & vineæ, quæ odorem suum vīnicuīque anima, & gratiam quam à conditore suscepit prius, & nūc iterum perditam recuperavit, impertunt: suauitatemque cælestis odoris, factorem tandem abiecentib; eis mortalitatis corruptiōnisque depellunt.

Matt. 3.c.
et Luc. 3.b

1. Cor. 13.c.

Mat. 22.c.

H

[Surge & veni proxima mea, speciosa mea, columba mea, in relatio minibus petra iuxta promurale. Ostende mihi faciem tuam, & audi tam fac mihi vocem tuam: quoniam vox tua suavis est, & facies tua speciosa.] Secundum populi dramatis ordinem, sponsus qui saliens super montes, & exiliens super colles ad sponsam venerat, prospiciens eam, & intuens per fenestrā, secundo iam loco dicit ad eam: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea. Nunc vero addit etiam hoc, vt ostenderet ei locum ad quem venire debeat, qui locus sub velamento & tegmine laxi sit positus. Sit autem idem locus non tam iuxta murum, quām iuxta promurale quoddam. Promurale autem dicitur, cum extra muros qui ambient ciuitatem, aliud dicitur murus, & est murus ante murum. Tum deinde quasi si reverentia causa, ipsa sponsa obiecta sit & velata: perit ipse sponsus, vtveniens ad illum locum, quem supra ostendit, vt pote secretiōrem, vbi ei quāfi reiecto velamine ostendat faciem suam. Et quia pro multa reverentia taceret sponsa, deficerat sponsus aliquando etiam vocem eius audire, & delectari in verbis eius: & dicit, vt auditam sibi faciat vocem suam. Videtur tamen quid non ei penitus incongruita sit facies eius, neque vocis eius ignarus sit: sed quia intercesserit aliquid, in quo nec faciem eius videbit, nec vocem audierit. Ille sit propositi dramatis textus: cui & hoc additur, quid veris tempus agi videatur, cum & flores & apparuīs memorantur in terra, & vox turritis personare, & germe arbores produxisse. Propter hoc velut opportuno tempore progrederat psonam, quæ sine dubio hyemem totam intra domus claustra resederit. Sed hæc nullam mihi videntur (quantum ad historiam narrationem pertinet) utilitatem conferre legentibus, vt aliquam saltem narrationis ipsius seruare consequentiam; sicut in ceteris

scripturæ

Exod. 7. &
Sequen.
In libris
Iudeum
& Regum.
Rom. 11. b.
Ephes. 5. b.

A

scriptuæ historijs inuenimus : unde necesse est cuncta ad spiritualem transferre intelligentiam. Primo ergo intellige mihi animæ hyemem, cum adhuc passionum fluctibus iactatur, & vitorum procellis, ac duris malignorum spirituum flatibus verberatur. In hi positam, non hortatur eam sermo Dei foras exire, sed intra se metipsam colligi, & nimirum vidique atque contegi contra pernitosos malignorum spirituum flatus. Nulli tunc in diuinis literis studiorum flores apud eam, nec profundioris sapientie secreta & recondite mysteria, quæ per vocem tururis resonant. Sed neque odoratus eius gratia aliquid quasi ex vineæ floribus recipit: neque visus eius tanquam in fulmine germe delectatus sed sufficit ut in tempestatibus tentationum, à lapsu peccati tutus ac munita permaneat. Quod si obtinuerit ut illæ perdaret: hyems ei transiit, & venit ei ver (ver namque ei est, cum quies anima datur, & trahit mentis) tunc ad eam venit verbum Dei: tunc eam vocat ad se, & hortatur ut exeat: non solum extra domum, sed extra ciuitatem: id est, non solum extra carnis via efficiatur, sed extra omne quidquid corporeum & visibili continetur in mundo. Namque figuraliter in lege ciuitatem iam in superioribus euidenter ostendimus. Euocatur ergo anima extra murum, & visque ad promurale perducitur, cum abiciens, & relinquens ea quæ videntur, & temporalis sunt, contendit ad ea quæ non videntur, & æternæ sunt. Ostenditur ergo ei iter istud sub velamine petra agetum: non sub aëre nudo, neque ut patiatur solis ardore; ne iterum fusca fiat, ne iterum dicat despectus me sol: propterea sub velamine petra agit hoc ver. Hoc autem ipsum velamen non vult ex frontibus ei esse, aut linteis, aut bellibus, sed per tram vult ei esse velamen: id est, firma & solida Christi dogmata. Ipsum namq[ue] esse petram Paulus pronuntiat, dicens:

2. Cor. 4. d

1. Cor. 10. a

2. Cor. 13. d

Prov. 30. c

B

Esaia 53. c

Cor. 1. Pet. 2. d.

Ioan. 14. a

Hebr. 6. d.

Exod. 33. d

Ioan. 14. b

Exod. 33. c

Ioan. 6. b.

Exod. 19. d

Petra autem erat Christus. Christi ergo doctrina & fide si obtemperatur anima & veletur, tunc potest ad illud peruenire secundum, ubi reuelata facie gloriam domini contempletur. Merito autem velamentum illud percutum creditur: quia & Salomon de ea dicit in proverbiis, quod vestigia serpentis non possunt comprehendendi super terram. Sic enim ait: *Tria sunt quæ impossibile est mihi intelligere, & quartum quod ignoro: Vestigia aquile voluntus, & viam serpentis super petram, & semitas nauis in pelago, & vias viri in iuuentute.* Serpentis ergo, id est, diaboli: vestigia, id est, signa aliqua peccati, in hac petra quæ est Christus, inueniri non possunt: quia solus est qui peccatum non feci. Huius ergo petra vero velamine anima tunc peruenit ad promurale locum, id est, ad contemplandum incorporalia & æterna. De hac eadem petra alia verbis specie David in trigesimono psalmo dicit: Et statut supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Nec mireris si apud David petra haec quasi fundamentum & crepidio est animæ, per quam pergit ad Deum: Et apud Salomonem velamen est anima ad mysticæ sapientiae lecreta tendens, cum & ipse Christus nunc via dicatur, per quam credentes incedunt, nunc etiam precursor, sicut ait Paulus: *In quod precursum intravit pro nobis Iesus.* Simile est & istud quod per Moysen dicitur a Deo: *Ecepisti te in foramine petrae, & videbis posteriora mea.* Igitur petra ita quæ Christus est, non est ex omni parte claua, sed habet foramen. Foramen verò est petra, qui reuelat & innotefecere facit hominibus Deum. Nemo ergo videt patrem nisi filius: nemo ergo videt posterum Dei, id est, quæ in postremis temporibus fiunt, nisi positus in foramine petra, scilicet cum ea Christo reuelante didicerit. Et hic ergo sub velamine petrae animam proximam sibi effectam, inuitat sermo Dei ad promuralem locum, sicut supra iam diximus, ad contemplanda ea quæ non videntur & æterna sunt: & ibi dicit ad eam: *Ostende mihi faciem tuam: profecto ut videat, si aliquid in vultu eius veteris adhuc velaminis habeat: sed possit intrepidis obtutibus gloriam domini speculari, ut hæc ipsa dicat.* Et vidimus gloriam eius, gloriam tanquam virginem apatæ, plenum gratia & veritatis. Sed & cum digna fuerit, ut de ipsa dicatur, sicut & de Moysi dictum est: quia Moyses loquebatur, & dominus respondebat ei: tunc completerit in eo quod ait: *Auditam fac mihi vocem tuam.* Ingens verò laus eius ostenditur in eo quod dicitur: *Vox tua suauis.* Sic enim sapientissimus propheta David dicebat: *Suauis sit ei disputatio mea.* Suavis autem est vox animæ, cum verbum Dei quod loquitur cum fide, & dogmaribus veritatis exponit: cum dispensationes Dei & iudicia eius ex-

planat. Si verò aut stultiloquium, aut scurrilitas, aut vanitas de ore eius procedunt, aut verbum ortofsum, de quo redenda sit ratio in die iudicij, insuavis & inoccunda vox ista est. Ab hac voce Christus auerterit auditum suum. Et ideo quæque per se anima ponit ori suo custodian, & offitum circumstantia labijs suis: ut talem semper sermonem profert, qui sicut conditus det gratiam audientibus, & dicat de ea verbum Dei: quia vox tua suauis. Sed & facies tuæ, inquit, speciosa: si intelligas illam faciem, de qua Paulus dicit: *Nos autem omnes reuelata facie: & item eum dicit: Tunc autem facie ad faciem: tunc videbis quæ sit anima facies, quæ laudetur a verbo Dei, & speciosa scilicet dicatur.* Illa fine dubio, quæ quotidie renouatur ad imaginem eius qui creavit eam: quæ non habet in se masulum aut rugam, aut aliquid humulodium: sed est sancta & immaculata, qualiter & ipse sibi exhibuit Christus ecclesiam, anima scilicet, quæ ad perfectionem venierunt, quæ omnes simul efficiunt corpus ecclesiæ. Quod corpus utique pulchrum videbitur & decorum, si anima ex quibus corpus illud efficiatur, in omni perfectionis decore permanenterint. Sicut enim cum anima in iuventute est, turbatum & serum reddit corporis vultum: cum verò in mansuetudine & tranquillitate persistit, placidum itemque reddit aspectum: Ita & ecclesiæ facies pro virtutibus & motibus creditur, aut decora pronuntiantur, aut turpis: secundum quod & scriptum legitur: *Vestigium cordis in bonis, vultus hilaris.* Et item alibi: *Cordis lati facies florida: in tristis autem positi, mox est vultus.* Cetero ergo latum est, cum habet in se spiritum Dei: cuius primus fructus charitas est, secundus gaudium est. Ex his puto quoddam sapientes facili assumptissime illam sententiam quæ dicit: *Quia solus sapiens speciosus est: omnis autem nequam turpis est.* Superest nobis ut aliquid apertius etiam de nomine promurale dicamus. Quod (sicut supra diximus) indicat murum eum ante murum: quod etiam in Esaia hoc modo dicitur: *Pone murum, & circa murum.* Murus munimentum ciuitatis est. Alius verò murus ante murum vel circa murum, maiora & validiora munimenta designat. Per quod ostenditur, quia eucancro sermo Dei animam, & educens eam à corporalibus negotiis, & corporis sensibus, docere eam de futuri facili mysteriis cupit: & inde ei munimenta conquerire, ut spe futurorum munita & circundata, in nullo posset vel illecebris vinciri, vel tribulationibus fatigari. Nunc etiam videamus quomodo haec à Christo ad ecclesiam dicantur, quæ est proxima ei & speciosa. Speciosa autem nulli alijs, nisi soli ipsi: hoc enim significat cum dicit, speciosa mea: hanc ergo exuscitat Christus, & ipsi euangelium resurrectionis annunciat: & ideo dicit: *Exurge, veni proxima mea, speciosa mea.* Quia autem dedit & ei pennas columbae, portea quām dormiuit in medio fortium: media autem inter duas vocaciones Israëlis, ecclesia vocata est: quia primò Israel vocatus est; post hanc vbi ipse offendit & cecidit, vocata est ecclesia gentium. Cum autem plenitudo gentium introierit, tunc iterum omnis Israel vocatus saluabitur. In medio ergo harum duarum fortium dormit ecclesia. Et proper hoc dedit ei pennas columbae deargentatas, quod significat rationabiles pennas in sancti Spiritus donis. Et posteriora dorsum, vel in viriditatem auri, ut quidam legunt: vel ut alij scriptum habent, in palore auri. Quod ostendere potest: quia posterior illa vocatio, quam ex Israel futuram dicit Apostolus, non erit in obseruantia legis, sed in pretiisitate fidei. Autem namque viriditatis gerit speciem, fidem virtutibus florens. Potest autem dici in medio earum fortium dormire vel quiscerre ecclesia, in medio duorum testamentorum: & penna eius deargentata ex sensibus legis. Aurum in posterioribus dorsum eius, intelligi euangelici munera donum potest. Ad hanc ergo ecclesiam dicit Christus: *Veni tu columba mea, & veni in operamento petrae: docens eam ut opera veniat, ne quid patiatur ab incurvantibus eam temptationibus, sed sub umbra petrae incedat obrecta, dicens: Spiritus vultus nostri Christus Dominus, cui diximus: In umbra eius viuemus in gentibus.* Obrecta autem incedit & adoperta: quia debet poterat habere super caput propter angelos. Cum autem venierit ad promurale locum, id est, ad futuri statum,

Trem. 4. d.

1. Cor. 11. b

E
Marc. 8. d.
Gloria 12. a.

Ioh. 7. 1. b.

1 Cor. 2. d.

I. Iohann. 4. e.
I. Iohann. 5. b.
I. Iohann. 12. b.

Hebr. 1. d.

I. Iohann. 5. a.

statum, ibi ad eam dicit: *Ostende mihi faciem tuam, & auditam mihi fac vocem tuam: quia vox tua suauis est.* Auditam vult fieri vocem ecclesiae sue: quia qui cum confessus fuerit coram hominibus, & ipse confitebitur eum coram patre suo, qui in celis est. *Quia vox tua suauis est: & quis non fatetur suauem vocem ecclesiae catholicae, fidem veram confitentis: insuaue in verò & in iocundam esse haereticorum vocem, qui non dogmata veritatis, sed blasphemias in Deum, & iniquitatem in excellum loquuntur?* Sic & facies ecclesiae speciosa est, haereticorum vero turpis & foeda; si quis est tamen qui bene nouerit pulchritudinem vultus probare: id est, si quis spiritualis est, qui scit examinare omnia. Nam apud imperios & animalia homines, pulchritudo videntur mendacij & phasmata, quam dogmata veritatis. Possumus autem adhuc de loco promulgar etiam hoc addere, quod promulgate si noster sit patris, in quo positus vngenitus filius enarrat omnia, & enuntiat ecclesiae sue quaecumque in seceris & in absconditis patris finibus continentur. Vnde & quidam ab eo edocet dicebat: *Deum nemo vidit inquam. Vnigenitus Dei filius, qui est in suis patribus, ipse enarravit.* Illuc ergo euocat sponam suam Christum, vt & de omnibus eam quae apud patrem habentur, edocet, & dicat: *Quia omnia vobis nota sunt, que audiuit a patre meo;* & vt iterum dicat: *Pater, volo, ut vbi ego sum, illuc sit & minister meus.*

[Capite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas: & vinea nostra florebunt.] Secundum dramatis ordinem mutata est persona: non enim iam ad sponsam, sed ad fideles loquitur sponsus: & ipsis dicit, vt capiant vulpes pusillas, quae infidulant vineas, vbi primum germinem ostenderint, nec simunt eas peruenire ad florim. Capi ergo eas praecipit, saluti & virilitati consulens vinearum. Sed haec, vt corporis, spirituali expositione discutuntur sunt. Et puto quod si de anima haec, quae se verbo Dei coniungit, aduersa, vulpes contraria potestates & nequitia demonum intelligi debeant, per cogitationes prauas & intelligentiam peruersem, exterminantes in anima virtutum florem, & fructum fidei perientes. Prouisio igitur verbi Dei, qui est dominus virtutum, mandarangelis suis, quia ad ministerium missi sunt propter eos, qui hereditatem capiunt salutis: vt capiant ex vnaquaque anima huiusmodi cogitationes a demonibus immisiles, vt abiectis eis possint florem virtutis afferre. Capiunt autem cogitationes malas in eo, cum luggerunt menti non esse eas à Deo, sed esse à maligno spiritu: & dant animam disficiendum spirituum, vt intelligat quae sit cogitatio secundum Deum, & quae sit ex diabolo. Vt autem ictus esse cogitationes, quas immitit diabolus in cor hominum: vide in euangelio quod scriptum est: *Cum autem immisisset, inquit, diabolus in cor Iudei scripsit, ut tradiceret eum.* Sunt ergo huiusmodi cogitationes, quae a demonibus injicuntur in cordibus hominum. Sed quia non decet diuina prouidentia: ne forre per huiusmodi importunitate in turbaretur libertas arbitrij, & non esset iusta causa iudicij: idcirco benignis angelis & amicis potestatis, hominum cura mandatur, vt cum deceptores quasi vulpes incursare ceperint hominem, dextris eum auxilijs subleuent. Et ideo dicitur: Capite nobis vulpes pusillas. Competenter sane cum adhuc pusilli sunt, capi eas mandat & comprehendendi. Dum enim cogitatio mala in initijs est, facile potest abijci à corde. Nam si frequenter iteretur, & dia permaneat, adducit animam sine dubio ad consensum, & post consensum intra cor suum confirmatum, certum est quia ad peccati tendat effectum. Dum ergo in initijs est, & pusilla est, capi debet & abijci: ne si adulta fuerit, & inuetata, iam non possit expelli. Denique & Indas initium malabit in amore pecuniae. Et haec fuit illi vulpes pusilla. Sed ab hac cum videret Dominus Iuda animam quasi florentem vineam laedi, capere eam volens & abijcere ex eo: commisit ei pecuniae loculos, vt possidens, à cupiditate quod amabat celaret. Sed ille vtpote habens sui arbitrij libertatem, non est amplexus medici sapientiam: sed indulxit semetipsum illi magis consilio quo exterminabatur anima sua, quam quo sanabatur. Si vero haec de Christo & ecclesia intelligamus, sermo videbitur ad doctores ecclesiae dirigi, & mandari eis de captione vulpium exterminantium vineas. Vulpes autem peruersos doctores haereticorum dogmatum possumus intelligere: quiper argumentorum cal-

litudinem seducunt corda innocentium, & vineam domini exterminant ne florent in fide recta. Datur ergo praeptrum doctribus catholicis, vt dum adhuc pusillae sunt iste vulpes, & nondum plures animas deceperunt, sed initium habet prava doctrina, arguere hos & refrenare festinent, & verbo veritatis contradicentes, reuincent, & capere hos assertoribus veris. Si enim permanserint in principijs & indulserint, sermo eorum ficit cancer serpit, & fieri insanabilis: vt multi inueniantur, qui decepti ab eis, pugnare iam propriezis incipiunt, & defendere sulcepiti erroris auctores. Sic ergo pusillas dignum est vulpes capere, & dolosa haereticorum sophismata, in ipsis statim initijs, veris assertoribus confutare. Vt autem vtriusque expositionis nostra evidenter clarescat assertio, congregemus ex diuinis voluminibus, sicuti animalis huius mentio facta est. Inuenimus ergo in sexagesimo secundo psalmo de impijs ita dici: *Ipsi vero in vanum quaerunt animam meam: introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* Sed & in Euangeliō secundum Mattheum Salvator ad Scribam, qui dicebat ei: *Magister, sequar te quocunq; ieris;* respondit: *Vulpes foecas habent, & volvunt caeli nidos vbi requiescant: filii autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.* Similiter autem & in Euangeliō secundum Lucam, ad eos qui dixerunt domino: *Exi & rade hinc,* quia Herodes vult te occidere: respondit Iesus: *Euntes, dicate vulpi huic: Ecce ego regio demonia, & sanitates perficio hodie, & crastina, & in tercia consumabor.* In libro quoque Iudicium Samson, cum vxor quæ erat genere Philistinorum ei fuisset ablata, ait ad patrem eius: *Innocens sum ego ha vice ab Allophylo,* quia faciam vobis malam. Et abiit Samson, & accepit trecentas vulpes, & accipit lampades, & ligavit caudam ad caudam, & posuit lampadem vnam inter duas caudas vulpium, & accendit ignem in lampadibus, & emisit eaus per messes Allophylorum: & incendit omnes meses eorum, & filipulas eorum, & vineas eorum, & oliveta eorum. Ad huc autem in secundo libro Ezdræ, vbi Tobias Ammanites impediuit adificationem eorum qui de captiuitate redierant, ut edificarent templum & murum, ait ad Allophylos: *Nanquid isti sacrificabunt, aut comedunt immaculata in loco?* Nonne ascendent vulpes, & defrument murum ipsorum, quem ex lapidibus edificant? Hac sunt interim, quæ ad praefatos nobis ex scripturis diuinis occurtere potuerunt: in quibus animalis huius memoria facta est, vt ex his sapiens quisque lector prudenter possit conigere, si apta vli simus expositione in his quæ proposita sunt nobis ad explanandum quod ait: *Capite nobis vulpes pusillas.* Et quoniam operosum sit singula quæ exempli causa assumptimus, explanare: tamen quæ poterimus, breuiter contingimus. Et primò de sexagesimo secundo psalmo videamus, vbi cum iusti animam persequenter impj, ille psallebat, dicens: *Ipsi autem in vanum quaerunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* In quo vti quæ ostenditur, quod vanis & inanibus verbis praui doctores decipere volentes animam iusti, introire dicuntur in inferiora terra: terram vtpote sapientes, & de terra loquentes: atque in inferiora eius, id est, in profundum stultitiae descendentes. Puto enim quod hi qui carnaliter vivunt, quia sibi ipsi tantummodo nocent, terra esse, & in terra habitare dicuntur. Hiverò quicquid & carnalibus sensibus scripturas intelligere, & alios ita docendo decipiunt, pro eo ipso, quod arguitus qualidam & argumenta carnalis & terrena sapientie concinnant, in inferiora terra dicuntur ingredi. Vel certè quia grauius delinquant, quicquid terrena docent, quām qui ita vivunt: eis futura pœna etiam grauior imminet, idemque ipsi in manus gladij tradendi prophetantur, illius fortassis flammer & verfatilis. Quomodo autem & partes vulpium fiant, videamus. Omnis anima aut pars est Dei, aut pars est cuiuscunq; qui accepit potestatem super homines. Nam cum diuideret altissimum gentes, & diffiseret filios Adam, statuit fines gentium, secundum numerum angelorum Dei, & facta est portio domus Iacob. Cum ergo constet vnam quamque animam aut in parte Dei, aut in parte esse alterius cuiuslibet: quoniam quidem per arbitrij libertatem, possibile est vnumquaque ex parte alterius transire, vel ad partem Dei, si melius (ipso iuvante) elegerit:

A vel in nequius, ad dæmonum portionem; hinc horum mentio habetur in Psalmo: Qui in vanum quasierunt animam iusti, partes erunt vulpium; veluti si diceret: & pessimorum & nequissimorum dæmonum partes erunt: vt vnaquæque maligna virtus & dolosa, per quam deceptions & fraudes falsæ scientia introducta sunt, figuraliter vulpes appellentur: & hi qui in hunc errorem deducuntur, & nolunt acquirecere sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & doctrinæ, quæ secundum pietatem est, sed decipi se patiuntur à talibus: isti talius partes vulpum sunt, & introibunt cum eis in inferiora terra. Ipsi sunt & illi, in quibus secundum euangelium, vulpes istæ, quæ supra memorauimus, foueas habere dicuntur: in quibus filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Herodem quoque vulpem nominatum, pro fallaci calliditate credendum est. Nam de Samson, qui trecentas vulpes cepisse & colligasse per caudas, atq; interiecissem lampades ardentes in medio caudarum, atq; immisisse per mesfæ Allophylorum, & incendisse eas cum stipulis & oliuete vineisque memoratur, valde mihi difficilis forma huius vel figura videtur explanatio. Tentemus tamen aliqua ex his pulsare pro viribus: & ponamus (sic ut expositio nostra in superioribus continet) vulpes esse fallaces peruersosque doctores. Hos Samson (qui veri & fidelis imaginem tenet doctoris) captiens verbo veritatis, caudam ad caudam colliget, id est, aduersantes sibi & diuersæ à se iniucem lentientes docentesque confutet: atque ex ipsorum verbis propositiones collectionesque accipiens, in Allophylorum legetem, ignem conclusionis emitat, & ex proprijs eorum argumentis, omnes eorum fructus arque vineas & oliueta pessimæ generationis incendat. Sed & ipse numerus trecentarum vulpium, quæ à semetipso diuersæ & dissonantes erant, triplicem formam indicant peccatorum. Omne enim peccatum aut in facto, aut in verbo, aut in consensu mentis admittitur. Verum ne illud quidem quod in secundo libro Ezra scriptum diximus, penitus omittendum est. Vbi cum adificarentur sancta sanctorum, id est, cum fides Christi & sanctorum eius mysteria conderentur, inimici veritatis, fideique contrarij (qui sunt sapientes huius seculi) videntes absque arte grammatica, & peritia philosophica confusuræ muros euangelij, velut cum irrisione quadam, dicunt, perfacile hoc posse destrui calliditate sermonum per astutas fallacias & argumenta dialectica. Hac interim (quantum breuitas potuit pati)

B de assumptis exemplis dicta sufficient. Nunc iam ad propostum reuertarum. Videtur ergo in Cantico canticorum preceptum dari ab sponsō, amicis sibi virtutibus, vt capiant & arguant contraria potestates, quæ infidiantur animabus hominum, ne exterminent eorum initia fidei, floremque virtutis sub specie secreta alicuius & occultæ sapientia: quæ quasi vulpes in foueis, ita in his hominibus, qui semetipos ad haec secunda præbuerint, delitescunt: & quod facilius consutati possint & argui, dum paruae sint vulpes istæ, & initia habent pessimæ peruersiones, capi iubentur. Nam si forte creuerint, & maiores fuerint vulpes effectæ: iam nequeant ab amicis sponsi, sed ab ipso fortassis sponsō solo capi poterunt. Sed & sancti quique doctores & magistri ecclesie, sicut acceperunt potestatem calcare super serpentes & scorpiones, ita accipiunt potestatem etiam capiendi vulpes. Sic enim data est potestas eis super omnem virtutem inimici. Una sine dubio ex carceris inimici virtutibus est vulpes, quæ exterminat vineas florentes: quæcum adhuc parua est, capi iubetur: sicut & in centesimo tricesimo septimo psalmō, beatus dicitur qui tenet & allidet parvulos Babylonis ad petram, nec permittit seniūn Babylonium crescere in semetipso, & augeri: sed cum est in initijs, allidit eum, & tener ad petram: tunc enim facile perimitur. Sic ergo ordo explanationis percurrat. Capite vulpes vobis pusillas, quæ vulpes exterminant vineas florentes. Quod autem dicit, nobis, hoc est, mihi sponsō & sponsæ: vel certè mihi & vobis, qui estis fodales mei. Potest autem & ita accipi: Capite nobis vulpes: & post distinctionem dici, pusillas exterminantes vineas: vt pusillas, non tam ad vulpes quam ad vineas referamus: vt videantur pusille quidem vinea exterminari posse, id est, paruae queque animæ, & initia habentes, non firmæ & robustæ laedi posse à contrarijs potestatibus, sicut in euanglio dicitur: Si quis scandalizaverit vnum de pusillis istis; in quo ostenditur, quia scandalizari non potest grandis & perfecta, sed pusilla & rudit anima, sicut in psalmo dicitur: Pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illa scandalum. Simili ergo exemplo potest videri, quod pusilla quæque vinea, incipiens videlicet anima, possit à vulpibus, id est, malignis cogitationibus, vel praus doctoribus laedi: perfecta vero & valida non possit. Sed si capiantur à bonis doctortibus vulpes istæ, & ab iucunditate ex anima, tunc proficiet in virtutibus, & florebit in fide. Amen.

a. Ezdræ. 4

B

Mat. 11. 4.
Psal. 113. 2.

D

Quatuor Homiliarum in Cantica canticorum, finis.



COM-